



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 7. Eædem aquæ, eodem tempore, Ægyptijs & Israëlitis non eædem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

dixit: *Iustus es, Domine, qui es, & qui eras, qui hoc iudicasti: quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt.* Non mirum est igitur, si & alij, per easdem res puniantur, quibus DEVM offenderunt; atque inde maxima detrimenta capiant, vnde utilitatem inhonestam, & illicitam voluptatem perciperunt. Sauciantur, fundunt sanguinem, fundunt vitam; non querantur, cum & ipsi causa fuerint, vt ab alijs quoque sanguis & vita funderetur; discant itaq; dicere: *Iustus es, Domine, qui es, & qui eras, qui hoc iudicasti.*

## §. VII.

*Eadem aqua, eodem tempore, Aegyptijs & Israëlitis non eadem.*

Et vide mihi iustitiam diuinam, in aquis Aegypti, relucens. Eadem siue puteana, siue fluuialis aqua, quæ malis fuit mala, bonis bona extitit. *Amnis*, inquit Iosephus, *sanguineis fluentis prolabens, ad potus inopiam eos redegit; cum, præter aquam fluminis, nullum fontem habeant. Nec coloris tantum id erat vitium: sed, si quis siti coactus gustaret, confestim acri dolore corripiebatur. Erat q; talis aqua solis Aegyptijs; Hebraeis verò dulcis, potabilis*

Ioseph.  
lib. 2. Antiquit.

N s tabilis

*tabilis, & omninò pristinam naturam retinens. Quod planè erat ingens miraculum. Eodem tempore, eodem loco hauriebant Aegyptij & Hebraei: quod illis atrii coloris cruor, hoc istis limpida aqua fuit. Intelligite hinc, peccatores, si sic elementa dijudicant, quid facturus sit Dominus elementorum.*

## §. VIII.

*Alia iudicia Dei, per aquas hominibus ostensa.*

Simile iudicium, & in alijs aquis, factum legimus. *Siloam fontem esse, ad radices montis Sion,* ait S. Hieronymus, *qui non jugibus aquis, sed in certis horis diei ebulliat, & per terrarum concaua ad antra saxi durissimi, cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos praesertim, qui in hac habitamus provincia.*

**S. Hieronymus.** in *Ita. cap. 2.* *ait S. Hieronymus, qui non jugibus aquis, sed in certis horis diei ebulliat, & per terrarum concaua ad antra saxi durissimi, cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos praesertim, qui in hac habitamus provincia.*

**S. Epiphanius.** *Huius fontis ortum & nomen Epiphanius prodit inquit: Fontem Deus Siloam causa (& precibus Isaiae) Propheta effecit: quoniam priusquam moreretur, pusillū precatus est, ut undas illinc erumpere dignaretur. Et confestim dimisit illi calitus aquam viuentem. Vnde sortitus est locus ille appellationem Siloam; quod, quis interpretetur, sonat demissum. Sub Ezechia quoque rege, antè, quàm stagna piscinam fabricasset, precibus Isaiae effectum, ut exigua*

*lymp*